



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Agnes V. & M. S. Meinradus presb. S. Fructuosus Epis. 21. Jan.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. S. Agnes V. Nobilis Romana,  
sub præfecto vrbis Symphoriano 13.  
annos nata vuptias filij eius respuens.  
occasione n gloriosi Martyrij inuenit.  
omnium igitur gentium literis atque  
linguis præcipue in Ecclesijs. laudata  
est eius vita, quæ & ætatem vicit &  
tyrannum & titulum castitatis marty  
rio consecrauit circa Anno 300

2. S. Meinardus al. Meinradus ere  
mitici instituti pius sectator circa A.  
D. 850. à latronibus interemptus fuit.  
aves, quas B. Vir viuens pascere soli  
tus erat, prodiderant, pulchro vel gra  
titudinis vel diuinæ vindictæ exēplo.

3. S. Fructuosus Episcopus apud  
Tarraconē in Hispania, una cum dia  
conis suis tēpore Gallieni Imp. captus  
in carcerem detrusus, in flammascō  
iectus, cū vincula exusta manus libe  
rassent, ipsas in crucis modū Catho  
lico etiamnum ritu, expandens Mar  
tyrium consummauit. circa A. 256.

S. Agnes V. & M. S. Meinradus presb.  
S. Fructuosus Epif. 21. Jan.



### Virginitas.

Ipsi sum dei sponsata, quem cum amauero casta sum, cum recepero virgo sum. Agnes.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia. quaeque confundas: concede propitius, ut qui B. Agnetis V. & M. tua (S. Meinradi conf. S. Fructuosi Episcopi) solemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus per Dominum nostrum &c.

Ora pro Virginibus, &